Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XLVI

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

uitus semper cor tuum celestia promissa me
diterur ut ipsa te ad uirtutis maz prouocet.
Esto nunc talis in operibus tuis quale te uis
futurum postmodum hec basilius. Chet
utiqz scientes et illaz diem semper suspectam
habentes faciamus nunc de nobis ipsis iu=
dicium preoccupando faciem domini in con=
fessione et iusticiaz perficiendo dignos fructus
penitentie ut deum nobis propicium inueniamus et
benignum unde ber. Si nosmetipsos iudi=
cauerimus non utiqz iudicabimur. Bonum
iudicium quod me ab illo districto diuino qz iu=
dicio subducit et abscondit. Prorsus horreo
incidere in manus dei uiuentis. Volo uultu
ire iudicatus presentari non iudicandus. Iudi=
cabo perinde mala iudicabo et bona. Mala
melioribus curabo corrigere actibus di=
luere lacrimis punire ieiuniis ceterisqz sanctis
laboribus disciplinae. In bonis de me humili=
senciaz et iuxta preceptum domini seruum in=
utilem me reputabo qui quod facere debui
tantum feci. Scrutabor ego uias meas et studi=
a mea quo is qui scrutaturus est iherusalem in
lucernis nil inscrutatum in me sine indiscussum
inueniat. Neqz enim iudicaturus est bis in id
ipsum unde et Criso. Si in presentibus peccatis non eru=
bescamus homines sed timeamus ut oculi deum
qui et nunc uidet que fiunt et tunc puniet
eos qui non erubescamus homines sed time=
amus ut oculi deum qui et nunc uidet que fi=
unt et tunc puniet eos qui nunc preceptis hic
agunt. Cui enim uerecundiam hominum
inspicit nunc solum deo autem inspiciente non
uerecundatur agere aliquid inconueniens
nec uult penitere et transformari in illo die
uniuerso orbe terrarum considerante ex=
emplificatur. Omnia enim ut in ymagine
tunc stabunt secundum oculos nostros ut per se
condempnatus unusquisqz sit de reliquo.
Igitur si non uult quis diuulgari que sua

sunt in illa die saucietaz uulnera instant in=
de reliquo nostrarum temporis. Simus semper
parati non enim semper horum presentem habe=
bimus. Quo circa hic peniteamus ut ita
propicium deum inueniamus secundum futuraz
diem et multa potiamur eius clemencia
hec Criso. Oracio
Domine ihesu christe da michi incer=
titudinem diei aduentus tui uigi=
lando et bene operando preuenire ne uolupta=
tibus et uanitatibus uacans subito impa=
ratus inueniat illa die presta michi ut cum
inter electos tuos merear tua gracia connumerari
et cum ipsis ad gaudia eterna misericorditer
assumi ut sic cum eisdem electis et sanctis tuis
quorum per resurrectionem innouabitur ut a=
quile iuuentus ego te miserante ubi cum
in corpore glorioso es congregatus de tua
saciari merear uisione et exultans te iugiter
laudare sine fine amen.

De vigilia patrisfamilias custodientis contra fure domi suam xlvi capitulum

Deinde probat exemplum
quod sit uigilandum et magis
enim uigilandum est pro e=
ternis quam pro temporalibus
sed paterfamilias hora suspec=
ta de aduentu furis uigilaret pro corpora=
libus ergo et nos omni hora quia omnis ho=
ra est suspecta debemus uigilare pro spiri=
tualibus et semper esse solliciti de uita etiam
ne perdamus eaz quod erit si inueniamur in=
parati in morte per gracie carenciam. Eadem
Criso. confundit hic desides quia non tantum
studium faciunt pro anima quantum alii pro pecunia
qui fures expectant ne perdant eaz illi enim
uigilant ut inueniantur parati. Exponitur
autem hec similitudo secundum Criso. dupliciter. Primo
modo notat furem dyabolum domum incar= patro
tricem quaz si intrauerit per negligenciaz meta

12

ianitoris vcis spoliat domum illam uestimen-
tis iusticie auro sapiencie argento morte
tie. domum ergo suam quis sinit perfodi cum
suggestioni consenciens virtutibus spoliatur
et in viribus leditur. Secundum hanc autem
notantur tria de patre familias videlicet
scire vigilare et non sinere. Debet ergo scire
insidias furis i. cognoscere prudenter vigilare
ad sui custodiam i. cauere sollerter non sinere
i. resistere fortiter ne perfodiatur domus fosso-
rio dyaboli qui primo percutit suggestione
secundo fodit delectacione tercio perfodit consensu
Primum uix precaueri potest secundum magis tercium maxime
Alio modo exponendo notat furem mortis
diem quia occulte uenit sicut fur domum cor-
poris iam os et aures fenestras oculos Et est
sensus Quia si sciret pater familias qua hora
fur ueniret idest mors qui fur dicitur et merito
uel propter improuisum aduentum et occultum introi-
tum uel propter scrutinium et exspoliationem
rerum omnium vigilaret utique ne moreretur
in peccato et culpa quia mors peccatorum pessima
et non sineret domum suam perfodi i. cum
uiolencia animam a corpore extrahi sed sponte ex-
ire unde Criso. Quoniam anime peccatri-
ces in corpore quasi in proprio domicilio delecta-
tur ueniens cum sua dei angelus mortis
perfodit corpus et animam uiolenter a uellet
ab eo Anime autem iuste que non delectantur
in corpore sed quasi in exilio ibi sunt uenientes sen-
tencia non perfodiuntur uolentes sed uocantur
gaudentes unde et Greg. Nesciente patre fa-
milias fur domum perfodit quia dum a
sui custodia spiritus dormit improuisa mors
ueniens carnis nostre habitaculum irrumpit
et eum quem dominus domus dormientem in-
uenit necat quia dum uentura dampna
spiritus minime prouidet hunc mors ad sup-
plicium nescientem trahit furi autem resisteret
si vigilaret quia aduentum iudicis qui
occulte animas rapit preueniens et penitendo

occurreret ne penitens periret Et iterum
horam uero ultimam dominus noster idcirco
nobis uoluit esse incognitam ut semper
possit esse suspecta unde dum illam mini-
me possumus ad illam sine intermissione
preparemur hec Greg. Deinde concludit
exposicionem et ad monet nos ut parati si-
mus quia si tanta adhibetur diligencia
pro custodia rei parue multo magis ad
hiberi debet pro custodia anime unde dicit
Ideo et nos estote parati sine macula cor-
dis oris et operis quia qua hora non puta-
tis i. improuise filius hominis uenturus est
ad iudicium particulare in morte uel
ad iudicium generale in fine mundi Igitur
quia nescimus diem uel horam illam utrum
cum occulte et furtim uenturus sit dominus
vigilemus non una die uel una hora sed
semper omnibus diebus et horis quasi semper
sit uenturus ne in illa die et hora dormi-
entes et imparati inueniamur O quam fe-
lix qui nouissima prouidet qui sibi a pec-
catis cauet qui seipsum non negligit qui
se omni tempore ad mortem preparat et disponit
ut quandocumque mors uenerit paratum eum
inueniat gaudenter quia ipsam recipiat quasi qui
liberatoris sui aduentum desideratum
expectat dicens cum apostolo cupio dissolui
et esse cum Christo Deinde generaliter
subiungit Quod autem uobis dico omnibus
sed presentibus et futuris tam rectoribus ec-
clesie quam subditis dico vigilate per sollicitu-
dinem quam sibi quilibet impendere debet ut
quod omnium preceptum nouissimi per pri-
mos audiant ubi ostendit quod non loquebatur
tantum discipulis sed pro omnibus fidelibus pre-
sentibus et futuris Quamuis enim dies ille
non omnibus inuenturus sit in hac uita tamen
ad omnes quodammodo pertinet videlicet quia
tunc vnicuique dies ille veniet cum uenit
ei dies ut talis hinc exeat qualis illo die

iudicandus est. Talis enim presentabitur in iudicio scilicet in parte electorum vel dampnandorum qualis inventus fuerit in morte quantum ad graciam et meritum vel culpam et demeritum. In quocumque statu quisque invenerit suus novissimus dies in eo comprehendet eum mundi novissimus dies quia qualis in die isto quisque capitur et moritur talis in die illo presentabitur et iudicabitur. Unde augustinus: Nemo querat novissimum diem quando futurus sit. Et vigilemus omnes bene vivendo ne novissimus dies cuiusque nostrum inveniat nos imparatos et qualis quisque hinc exierit suo novissimo die talis inveniatur in novissimo seculi die et ideo vigilare debet quilibet christianus ne imparatum eum inveniat domini adventus. Imparatum enim inveniet dies ille quem imparatum invenerit sue vite huius ultimus dies ubi inveniemur ibi iudicabimur. Hec augustinus. Qualem ergo dominus in morte quemque invenerit talem illo die iudicabit qui etiam in morte iudicium suum cognoscat. Unusquisque enim christianus in morte christum videbit et tunc cognoscet an de electis vel dampnatis sit. Unde lotharius qui postmodum Innocencius tercius est dictus in libro de miseria condicionis humane sic ait: Videt ergo tam bonus quam malus antequam anima egrediatur a corpore christum in cruce positum. Malus videt christum ad erubescenciam et confusionem et erubescat se non esse redemptum sanguine christi sua culpa exigente. Unde de malis dicitur: videbunt quem pupugerunt. Quod intelligitur de adventu christi ad iudicium et de adventu ad diem mortis. Bonus vero videt ad exultacionem. Unde et christus de iohanne ewangelista ait: sic eum volo manere donec veniam ad obitum ipsius. Quatuor namque leguntur adventus ipsius christi ad homines duo scilicet visibiles et duo invisibiles. Primus adventus visibilis fuit in infirmitate corporis scilicet in carne.

Alius adventus visibilis erit in maiestate dei scilicet ad iudicium. Primus adventus invisibilis fit in mente iusti per graciam suam. Adventus invisibilis est in obitu cuiusque fidelis. Unde dicitur obitus quia obviam christo. Hos quatuor adventus representat ecclesia in quatuor dominicis de adventu non solum numero dierum sed etiam racione officiorum. Hec lotharius. Eya ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte et ihesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende benigniter o clemens o pia o dulcis maria. Postquam ergo dominus in communi nos ad indefessam vigilancie curam admonuit consequenter specialem rectoribus et principibus in expectacione et adventu suo sollicitudinem mandat et quod vigilandum sit ostendit per simile exemplum de suo patre familias qui sollicitus est regere domum sibi commissam non solum in presencia domini sed etiam in absencia eius et sic veniens dominus eum remuneret si autem in contrariis actibus ipsum inveniat eternaliter puniat. Unde dicit quis putas est fidelis intencione domino propter deum serviens oves christi non ad lucrum temporale sed pro amore christi pascens, suus id est humilis affectione non suam sed dei gloriam querens et prudens in officii execucione qui subditorum capacitatem vitam et mores discutiat quem constituit dominus qui scilicet sit vocatus a deo et ipse non se ingesserit super familiam suam regendam et pascendam ut det illis non subtrahat negligencia pigricia vel occasione alia nec vendat symoniace nummo scilicet cupiditatis terrene vel laudis humane det inquam in tempore oportuno scilicet necessitatis et tribulacionis id est habita temporis oportunitate non indiscrete tritici mensuram id est cibum anime et corporis scilicet divini verbi vel exempli vel temporalis subsidii electum ad usum hominum mensuratum pro qualitate auditorum et indigencium. Nunc autem dicit querendo quis putas

non est ignorantis nec signat hec interrogatio impossibilitatem perficiende virtutis sed difficultatem et rei raritatem rarus enim est talis et difficile est istum in vno invenire non autem impossibile unde theophilus Erit enim in dispensationibus facultatum suae aliquis in virtutis sit fidelis domino eius sive et prudens sit et infidelis dispendit res domini sit in rebus divinis opus est fidelitate et prudentia Duo ergo secundum Criso expetit ab huius nostro servo scilicet fidelitatem ut nichil quod domini sui est sibi proprium furtando faciat aut vane consumat et prudentiam ut ad id quod oportet que data dispenset Debet autem familiam dominus pascere magis quam se et dare eis cibum triplicem predictum secundum mensuram et capacitatem singulorum et hoc in tempore quia predicatio nec debet esse assidua ne vilescat nec nimis rara ne subditi insolescant Idem etiam panis esurienti quidem appetibilis est saciato autem non multum Prelatus ergo incumbit vigilare super se et super gregem suum et cuilibet fideli pro modulo suo Beatus enim ille servus quem dominus in suo adventu et cum venerit in morte ipsius querens sibi servitii rationem invenerit ita facientem idest bona spiritualia et corporalia fideliter et prudenter ac bene ministrantem hoc est in actibus caritatis se exercente ac pro se et sibi commissis vigilantem quia per talia meretur eternam beatitudinem Nam super omnia bona sua id est super omnia celestis regni gaudia et in dei gloria ultra quam nichil melius est constituet eum quia in beatitudine eterna consequetur bonum infinitum quod includit omnia bona beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus Bona quippe presentia sunt particularia sed bona celestia sunt omnia et perfecta quia nunc ex parte cognoscimus ex parte diligimus sed tunc perfecte Constituetur autem super omnia non ut solus sed ut pre ceteris possideat premia et gaudia eterna tum pro sua vita tum pro

sui gregis custodia Nam secundum Criso ex propriis meritis habebit auream et ex aliorum acquisitione aureolam premium quia bene vixit sibi quia alios bene vivere docuit unde apostolus qui bene presunt duplici honore digni habeantur maxime qui laborant in verbo et doctrina unde dicit augustinus quod apud deum nichil beatius est vel presbiteri aut diaconi officio si eo modo militetur quo noster imperator iubet Iste servus de quo hic dicitur est quilibet christianus qui est dispensator domini sui quod potest tripliciter intelligi Vno modo in dispensatione spiritualium quod proprie pertinet ad prelatos Alio modo in regimine temporalium quod pertinet ad principes seculares et iudices Tercio modo in bono usu gratiarum sibi a deo collatarum ut est aliquis in quo ratio vires inferiores debito modo regit vitamque virtuose peragit et hoc pertinet ad omnes Cum ergo dicitur quis putas est fidelis servus et cetera potest responderi hic est bonus prelatus vel bonus princeps et iudex vel etiam bonus simplex christianus quia ut dicitur in ecclesiastico cuilibet mandavit deus de proximo suo ut det illi cibum id est auxilium in tempore necessitatis ad quod quilibet predictorum tenetur unde Criso Hec autem non de pecuniis dicta sunt solum sed et de sermone et de virtute et de pecuniis et de omni dispensatione que unicuique commissa est hec et ad principes seculares aptabitur utique parabola unusquisque enim hiis que habet ad communem utilitatem uti oportet et si sapientiam habueris et si principatum et si divitias et si ad quodcumque non ad nocumentum conservorum nec in perditionem sui ipsius hec Criso Deinde secundum Criso non solum ab honore quo invitat bonos sed etiam a pena quam minatur malis erudit auditorem cum subdit Et autem servus id est homo malus nichil cogitando deinde adventum in morte vel in iudicio et promittendo sibi longam vitam dixerit in corde suo id est presumpserit ac si in corde suo diceret moram faciet dominus

meus venire idest iudicium aut mors longe
est ame hoc quippe dicunt illi qui non cogi-
tant de morte et cepit quanto magis si pfene-
rauit voluptatibus et illecebris ac malis
opibus et curitati cotidianis occupari et co-
seruos quos fouere et defendere debuit per-
cutere sz iniuriis lacessendo vel prauo ver-
bo aut exemplo corrumpendo et peccare faci-
endo sic qz cum securitate vixerit peruerse
veniet dns serui illius sz in morte ubi est
iudiciū particulare vel in cōmo examine
ubi erit iudicium gnāle in die qua nō spat
et hora qua ignorat de die eīn et hora illa
nullus homo scit Et sic exprimit malorum
platorum qui in hoc seruo intelliguntur
vitaz et demeritum in sex que sunt ppria eo-
rum sz psumpcio innocium oppressio castri-
margia luxuria cōteptus et negligentia
et diuidet eum separando aīaz a corpore
in morte et a consortio sanctorum in exa-
mine ponet qz partem huius duplicem sz
corpus et aīaz vel partem .i. retributione
cum ypocritis .i. falsis xpianis in agro et i
mola et in lecto derelictis et etiaz cum ypo-
critis quaz cum aliis ut similitudo pene
respondeat similitudini culpe ypocrita n.
aliud est et aliud ostendit sic qui in agro ul'
in mola seu in lecto erant et idem facere at
bom esse videbant' sz cordis diuerse volunta-
tis apparet cum delinquntur et cum dāpna-
tis sociantur Erit malorum suorum re-
muneracio sz eterna dāpnatio ubi Criso
Diuidet eum de consortio xpianorum ut
nec cum sanctis glorificetur nec cum his
qui mediocriter deliquerunt mediocr'
puniatur Et ponet cum ypocritis et infide-
libus ut quorum imitatus mores ipsorum
puniatur interitu Nam sacerdos qmadmodū
sup omnem ppl'm glorificatur si bene fecerit
non solum pter suas iusticias sz et pt' omī
quia causa est ipe iusticie vniuersorum
ita et peccatis sup omīs punitur non solū

pter suum pctm sed et pter omnium quia
ipe causa sit omī ad peccandum hec Criso.
Deinde de pena eorum subiungit dicens ibi e-
rit fletus ex vehemencia frigoris unde Job
Maledicta pars eius in terra ad calorem
nimium transit ab aquis niuium De hac pe-
latius habes supra eadem feria tercia de nō
habente vestem nupcialem Attende ergo hec
o serue male et te emendare stude quia nūc
est tpc emendationis et laboris postea erit
retributionis et mercedis Oracio
Domine ihu xpe da michi incessabiliter
diem transitus mei et di-
em iudicii cogitare et nouissima prouidere
ut vigilem sollicite pro spualibus et exteris
michi cauendo a pctis et insistendo opibus
bonis me qz ipm non negligam sz omī tpre
ad mortem me pparem et disponam Pca
domine ut michi cotidiano actu prouideam
et preuenem consumaroz et ut tota vita mor-
talis sit in conuersatione ut liber mereatur te
in fine te qz in morte vel iudicio venientem
gaudenter recipere et tecū sine fine gaude.

De lumbis precinctis et lucernis ardentib'

Et quia ad vigilandum mul-
tipliciter dominus monuit
consequent' quedam ad vigiladū
nos pparancia seu ad vigilā-
tes pertinencia describit mo-
nens ut sint lumbi vri tam mentis quam carnis
precincti cingulo castitatis et lucerne ardentes
in manibus et opibus vris lumbi mentis
sunt voluntas seu affectus et intellcs ex q-
bus procedunt cogitaciones male et desideria
praua lumbi vero carnis sunt ex quibus p-
deunt carnales concupiscentie et opa impudi-
ta et utriqz lumbi sunt pcingendi .i. coarctā-
di ab illicitis cogitacoībus et opibus Cincto-
rii primorum est diuine legis meditacio assi-
dua que fit per studium sacre scripture Cincto-
rium secundorum est iusticia que fit p rigo-
rem discipline et ita per primū fluxus cogita-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg